

1556 ij 25. Februarii

Ad Carta Mētroualdia
Henrici Brunsvicensis.

Ca. Cod. Dipt. Dogelii

75

Cautio Henrici ducis Brunsvicensis de successione in du-
catum Brunsvicensem prole mascula si quam ex matrimo-
nio cum Sophia suscepit, non obstante quod e priorē mati-
monio Julium filium suscepit. Datum in Wolfenbuttel
25 Februarii anno 1556 Ex Originali

Nos Henricus junior Dei gratia dux Brunsvicensis et
Luneburgensis omnibus quorum interest aut intererit pro
nobis heredibus et successoribus nostris fatemur, notum fa-
cimus Quod cum pactis sponsalibus inter serenissimum
potentissimumq; principem et dominum dominum Sigismun-
dum augustum regem Polonie dominum et affinem
nostram charissimum, suo ipsius et illustrissime sororis
sue domine Sophie conjugis nostrae charissimae Lutorio
nomine ex una, et nos supradictum ducem Henricum ex al-
tra partibus initis convenent, ut si praedicta domina nostra
conjugis prolem masculam a nobis suscepit, quod ea pro-
les in omnibus principatibus nostris post mortem nostram
succeederet. Quapropter in eum eventum obligamur, inseri-
bimus, bonae fide vigore harum nostrarum literarum
pollicemur, quod si Deus optimus maximus prolem mascu-
lam sicut speramus et optamus ex hoc matrimonio nobis
cum domina Sophia conjugis nostrae charissimae concesserit,
hic idem filius susceptus, aut si plures fuerint, se-
per maximus, aut major natus post mortem nostram
in omnibus principatibus, ac dominatu terrarum, et horri-
um immediate succedere debet, non obstante eo, quod
e priorē matrimonio filium nomine Julium suscepimus,
vel alium forte, ex alio matrimonio postea susceperimus.
Idq; sic viventes constituemus, et omni ratione perfici-
emus, sine omni fraude dolo, ac machinatione, quod no-
stro nostrorumq; heredum et successorum nomine per
verbum veritatis et sub poena in contractibus matrimonia-
libus comprehensa, sic spondemus, et promittimus. In eo-
rum omnium fidem has nostras literas propria nostra
subscripsimus

Jasiensthi

Jasienstici

